



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovaniensi I. V. D. Et Antecessoris Commentarius In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**


**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Reverendiß. Prænobili. Amplißeimoq[ue] Viro ac Dom. D. Francisco Casparo  
Francken Siestorff.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)



*Reverendiſſ. Prænobili, Ampliſſimoq̃ Viro ac Dom.*  
**D. FRANCISCO CASPARO**  
**FRANCKEN SIESTORFF.**

**Iuris Vt. Doctori** abſolutiſſimo, **Perinſignis**  
**Collegiatæ ad Sanctum Severinum Episcopum**  
**Canonico Capitulari, Decano ac Prælato digniſſi-**  
**mo, Florentiſſimi apud Ubios Laurentianorum Gymnaſii**  
*Regenti Vigilantiſſimo, Dno Fautori, Patrono ac*  
*Mecœnati ſuo jugi obſervantiâ*  
*colendiſſimo.*

**A**ntuſhujus Operis, quod *Zoeſii*  
**Commentarium ad jus Canonicum**  
appellant, hucusque extitit **Floſ ac**  
**Viror**, *Mecœnas ampliſſime*, ut cum im-  
mar-

## DEDICATIO.

marcessibili Lauri jure meritissimo comparari potuerit : Idque universis , imprimisque Tibi notius est , quam ut à Nobis comprobari sit necessum. Quoniam verò divenditis ac deficientibus jam ejusdem Exemplaribus , hujusmodi flori ac virori sterilitas quædam successura non immeritò timeri valuit ; non extantis enim , adeoque ignoti nulla cupido : Idcirco Nos hac in parte facturi , quod providi verno hoc tempore circa plantas suas ad novum florem ac virorem postliminiò redituras præstant Hortulani, *Opus* hoc resectis inde, si qui irreperant , errorum stolonibus, ad prælum revocavimus. Deliberantibus autem nobis , sub cuius patrocínio hujusmodi editio typis nostris quàm optimè ac commodissimè refloresceret ,  
Ne

## DEDICATIO.

Nemo colendissimâ *Amplitudine Tuâ* occurrit convenientior. Nam cum *Te florentissimum Achatem* suum venerabunda colat Laurentiana Gymnas, agnoscat alma Vbio-  
rum Universitas, deprædicet Divi Severini Ædes, ac tota denique obstupescat Civitas;  
Quidni *florentissimum hoc opus Tibi* præ cæteris dedicare ac consecrare addecebit? eó vel maximè, quod in Facultate juridica, quæ librum hunc jure suo sibi vendicat, facile principem locum obtineas. Esto igitur tuum, *Mecænas amplissime*, quod tam florenti titulo est tuum: utq; Viror hic à Zoilorum fulminibus persistat illæsus, gentilitiæ *Lauri* tuæ umbraculum impertire. Cui hoc unum adjungimus, ut, quot in *Lauris* sunt frondes, tot  
in-

## DEDICATIO.

inclytæ vitæ tuæ adjiciantur Olympiades ,  
sicque bono publico æternum profis ac præ-  
sis.

Ita proLIXIſſIMIs eX CorDIbVs  
VoVent

*Reverendiſſimæ ampliffimæque  
Dignitatis Tuæ*

Obſequioſiſſimi Servi

WIME, & FRANC. MITTERNICK,